

No. 36. (1292).

Schultheis, Burgermeister und Rath theilen dem Bischof Heinrich von Merseburg mit, dass Probst und Convent des Klosters durch eine rechtsgültige Schenkung von Ulrich Baier (Baurus) und Adelheid seiner Ehefrau deren Erbe zugewendet erhalten haben, und bitten, die Beschenkten bei den nach Stadtrecht erlangten Rechten und Befugnissen erhalten zu wollen.

Reverendo in Christo patri ac domino suo H. Mersburgensis ecclesiae episcopo . . S. scultetus et Joh. Wrman magister civium consules et universi cives in Lipzk obsequium expositum in omnibus et paratum. Paternitati vestrae reverendae dignum duximus explanandum, quod dominus praepositus et conventus sancti Thomae apostoli in Lipzk iure donationis, quae donatio in nostra civitate servatur et in libro civium registratur et firmatur, recepit donatum ab Vlrico Bauro et Adelheyde uxore sua hereditatem ipsorum quam habebant inter institores et si quam aliam possent contrahere seu habere, sicut nobis et civibus et scabinis civitatis fide dignis quampluribus bene constat, dominationi vestrae venerabili supplicantes, ut dominum praepositum et conventum plebanos nostros in ea gratia seu iustitia, quae secundum ius nostrae civitatis aliis indulgetur, secundum notitiam civium nostrorum et continentiam instrumentorum suorum dignemini favorabiliter conservare. Quod apud vestram dominationem semper cupimus promereri.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem sehr beschädigten grossen Stadtsiegel an einem von der Urkunde selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

No. 37. 1292.

Probst und Convent treffen Bestimmungen über das Seelengedächtniss des Priesters H. genannt von Smorode.

Nos Jo. dei gratia praepositus, H. prior totusque conventus sancti Thomae apostoli in Lipzk recognoscimus et praesentibus protestamur, quod ob memoriam dilecti nobis H. sacerdotis dicti de Smorode in missis et vigiliis in nostra ecclesia perpetuo recolendam volumus, ut decem solidi denariorum de censu qui dandus est praeposito in III^{or} temporibus Intret uni dominorum nostrorum annis singulis praesententur, qui in anniversario dicti sacerdotis dominis nostris servitium faciat in conventu, pro quo a saepe dicto sacerdote sex marcas argenti et a magistro H. provisoro curiae nostrae postmodum duas marcas recepimus in usum nostrae ecclesiae convertendas. Datum anno domini M^o.CC^o.XCII^o.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Von den zwei an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegeln ist nur ein grösseres Bruchstück des an zweiter Stelle angebrachten Capitelsiegels erhalten.